Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Sammelhandschrift, Predigerorden betreffend – Nürnberg, STN, Cent. IV, 75
Signatur:	Cent. IV, 75

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Incipit prologus in vitas fratrum ordinis predicatorum.

Dilectis in dilecto dei filio fratribus predicatoribus univer-
sis. Frater Humbertus servus eorum inutilis. Salutem in
patria et in via salutaribus semper exercitiis occu-
pari. Salvator mundi cui cura est de salute omnium sanctorum. Spiri-
tu suo sancto misso in corda multorum inspiravit eisdem. ut quedam
facta et dicta quorundam servorum suorum laude digna et edificatoria.
in scriptis redigerent. ut tanto generationes venturas plu-
ribus fierent in salutem. Quanto efficatius ad posteros perpetua-
retur eorum memoria per scripturam. Sic eusebius ecclesiasticam hysto-
riam. damascenus librum barlaam. cassianus collationes pa-
trum. Gregorius dyalogum. Ieronimus. Beda. florus. Odo. Usuardus.
diversa martyrologia. Gregorius turonensis. petrus damiacensis et alii quam
multi. multa opuscula de huiusmodi materia condiderunt. Sane mul-
timoda fratrum de diversis nationibus relatio frequenter ad nos pervenit.
quod multa contigerunt in ordine et ordinis occasione. que si scripto
commendata fuissent. multum valere possent in perpetuum ad fratrum
consolationem et spiritualem profectum. Sollicitaverunt nos insu-
per fratres multi deo devoti. ut super huius scripto compilando curam
aliquam apponere non pigeret. antequam oblivio que iam plurima de cor-
dibus fratrum tulerat. omnia sepeliret. Super his igitur habita collatione
cum prioribus provincialibus in capitulo generali. quod anno domini M. CC. L-
VI. fuit parisius celebratum. de consilio eorum fuit fratribus universis
mandatum. Ut si quid dignum memoria de predictis occurreret. illud
nobis significare curarent. Circa quod exequendum et si multi de ne-
gligentia se non possint excusare. quidam tamen nobis multa de
huiusmodi conscripserunt. Nos autem huiusmodi scripta re-
cepta tradidimus karissimo nostro fratri Geraldo lemovicensi. tunc
priori provinciali provincie. de cuius industria in huiusmodi mul-
tum gerebamus fiducia. rogantes et imponentes eidem
ut perlectis et examinatis singulis de his que laudabiliora